



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

282. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De vigiliis sanctorum.

Burchard. lib.
13. c. 16.

CCLXXVIII. Presbyteri cum sacras
festivitates populo annuntiant, etiam jeju-
nium vigiliarum eos omnimodis servare mo-
neant.

De indicto jejunio. *Ex Concilio
Moguntiacensi.*

Concil. Mo-
gunt. sub Kar.
M. c. 35.
Lib. 5. Capi-
tular. c. 87.
Burchard. lib.
13. c. 4.

CCLXXIX. Si quis indictum jejunium
superbiendo contempserit & observare cum
ceteris Christianis noluerit, in Gangrensi
Concilio præcipitur ut anathematizetur.

Ex Concilio Gangrensi.

Conc. Gangr.
c. 19.
Burchard. lib.
13. c. 5.

CCLXXX. Si qui eorum qui continen-
tiæ student, absque necessitate corporea tradi-
ta in commune jejunia ab Ecclesia custodita
superbiendo dissolvit, stimulo suæ cogitatio-
nis impulsus, anathema fit.

De eadem re. *Ibidem.*

1. Reg. 14.

CCLXXXI. Quicumque indictum jeju-
nium violant sine gravi necessitate, memoren-
tur Jonathæ filij Saul Regis, qui maledictum
patris parvipendens, parumper mellis in sum-
mitate virgæ comedit, & idcirco sententiam
mortis promeruit.

Item ex Capitularium lib. 1. cap. XLVIII.

Burchard. lib.
13. c. 17.

CCLXXXII. Ut in Ecclesia à sacerdo-
tibus jejunia constituta sine necessitate ratio-
nabili non solvantur.